



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. Crùm Christus sit Caput vniuersi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](#)

68 Quæst. 8. De Gratia Christi, ut est Caput Eccles. A. 4. Dub. A. 5

ad Ephes. 1. Probatur Primò, ex Scripturis. Ad Ephes. 1. v. 20. *Suscitans eum à mortuis, & constituiens ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum & potestatem, & virtutem, & Dominationem, & omnem nomen, quod nominatur, non solum in hoc æculo, sed etiam in futuro; & omnia subiecit sub pedibus eius.* Ad Coloss. 2. v. 10. *Eritis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis, in quo & circumcisisti etsis.*

Hilarius. Probatur Secundò, Ex Patribus: Hilarius in Psal. 139. sub fine: *Vt enim, ait, omnibus sanctis caput est Christus, ita omnibus iniquis caput est diabolus.* D. Hieronymus in cap. 1. ad Ephes. in fine dicit illa verba: *Ipsum dedit Caput super omnia membrana Ecclesia; (ita enim legit) posse intelligi de Ecclesia, non solum hominum, sed etiam Angelorum.*

Hieron. Quamvis revera ibi Ecclesia propriè fumat pro Ecclesia hominum; vt patet ex sequentibus. D. Augustinus in Psalm. 36. *Vt esset ipse caput totius Civitatis Hierusalem, omnibus connumeratis fidibus ab initio usque ad finem; adiunctis etiam legionibus Angelorum, ut fiat una Civitas sub uno Rege.*

Angust. 8. Probatur Tertiò, Ratione. Prima ratio est, Quia tota congregatio ex Angelis & hominibus confitans, est una Civitas: vt patet ad Hebr. 12. v. 22. *Accessib[us] ad Sion montem Sanctum, & Civitatem Dei viventis Hierusalem cœlestem, & multorum milium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuvorum.* Ide patet Apoc. 21. *Vnde Angeli dicuntur nostri conservi* Apoc. 19. v. 10. & 22. v. 9: ergo oportet vt habeant unum caput, & unum principem: Caput, inquam, non solum extrinsecum & diuersi generis, Sicut Deus; sed etiam quantum fieri potest simile, & eiusdem generis.

*Quonodo
vim Capi-
tis in eos
exercet.*

Secunda ratio est, Ex proprietatibus Capitis. Caput enim in homine dicitur quod est perfectius ceteris membris, ideo continens omnes sensus; idcirco etiam in eminentiori loco constitutum est. Deinde vim illis infundit, eaque regit: atqui hec conuenient Christo homini, etiam quodam modo ad Angelos: Nam continet omnem perfectionem supernaturalem omnium Angelorum. Deinde influit etiam in illos: Primò, eos illuminando, vt docet Dionys. cap. 7. cœlestis hierarchia. Secundò, conferendo illis secundam honorem, dum illorum ruinas instaurat: quod indicat Apostolus ad Ephes. 1. v. 10. dum ait in Christo instaurari omnia, quæ in cœlo, & quæ in terra sunt, iuxta interpretationem Latinorum. Vide Augustinum in Enchiridio cap. 62. & Anselmum in hunc locu. Tertiò, conferendo illis magnum incrementum gloriae accidentalis sive secundarie. Nam Christus totius gloriae accidentaria illis est causa; quæ consistit, partim in contemplatione humanitatis eius, vt docet Chrysostomus hom. de Ascensione Domini tom. 3. vbi ait, Angelos ex Christi contemplatione maximam capere latitudinem; partim in gaudio quod nascitur ex peccatorum conuersione, suarumque sedium instaurazione, vt docet Bernardus serm. 68. in Cantica. Et Theodoret. in t. cap. ad Ephes. Quartò; Angelos gubernans. *Omnes enim sunt administratores spiritu, miseri in ministerium propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.* ad Hebreos 1. v. 14. Atqui ad Christum pertinet dispensare omnia quæ ad hominum salutem pertinent: quare & præcipere Angelis, eosque ad hominum custodiā dirigere.

Diccas, de ratione capitum est, vt sit homogeneū

cum ijs, quorum est caput: atqui Christus non *Christus* est similius naturæ cum Angelis: ergo &c. Responso; Christum habere sufficientem similitudinem genere cum Angelis, vt sit illorum caput: quia potissimum est caput secundum animam; & sic conuenit cum ipsis in eodem gradu naturæ, scilicet intellexualis. Sicut Lucifer est caput omnium malorum etiam hominum: Et homo est Rex Bestiarum. Non enim huc agimus de strictâ Capitis ratione, sed de laxiore acceptione, vt dictum est.

D V B I V M.

Vtrum Christus sit Caput Vniverſi?

R Espondeo: Eſſe caput vniuerſi, & omnium creaturarum. Probatur Primò, Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in Cœlo & in Terra: atqui hoc nihil est aliud, quam esse Caput & Principem omnium, qui sunt in cœlo, & in terra. Ad Philip. 2. v. 9. Donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine I E S U omne genu flectatur; cœleſtium, terrenſtium, & infernorum. Psal. 8. v. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Quod de omni creatura interpretatur Apostolus ad Hebr. 2. loquens de Christo. Idem probari potest Apoc. 5. vbi solus Agnus dignus innitus est, aperte librum, & soluere septem signacula eius, id est, habere potestatem excedendi omnia, quæ ad mundi gubernationem, usque in finem pertinent.

Probatur Secundò, Quia conditiones capitis Quonodo Christo conueniunt, respectu totius creature: *vim capi-
tis exercit;* Nam est omni creaturæ, ratione donorum gratiae, in seum excellentior; & habet quendam influxum in omni creaturam, licet non tundem in homines & Angelos; patet ex dictis. In damnatos, non habet amplius ullum influxum gratiae: addicit tamen penitentia, & immittit illis terrorē, & cogit ut credant & contremiscant: denique potest illis imperare. In creaturas autem irrationales habet influxum: *Iacob. 1. 19.* tūm, quia habet potestatem gubernandi, illisque tūm, quia in fine mundi illas perficiet, prout conuenient erit statui glorioſo. Indicat hoc Apostolus ad Roman. 8. v. 22. *Omnis Creatura ingemiscit & parturit usque adhuc &c.* Quod autem quidam aiunt Deum influere esse naturale in omnes creaturas per Christi humanitatem; prorsus à ratione est alienum.

ARTICVLVS V.

*Vtrum Gratia Christi, quæ est
Caput Ecclesia, sit eadem
cum habituali?*

R Espondet esse eadem. Et probatur Ioan. 1. vers. 16. *De plenitudine eius nos omnes accipimus.*

Notandum est, dignitatem capitum non addere Christo aliquam perfectionem realē, distinctā à gratia unioris donis que habitualibus, sed tantum quid morale. Sicut esse Doctorem, supra scientiam nihil addit, nisi potestatem moralem docendi, & quandam dignitatem. Et hoc est quod huc intendit D. Thomas, & docent pasim Doctores dist. 13. Probatur, quia cum Christus dicitur Caput, nihil significatur aliud, quam ipsum habere